

LIBER GENESIS 5,1-32 – SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)

Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Verdeutschung von M. Buber

gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Copyright by H. D. Peltzer

1 Hic est liber generationis Adam. In die qua creavit Deus hominem,
ad similitudinem Dei fecit illum.

Iste liber generationum Adam, in die creare Deum hominem.

In similitudine Dei fecit illum.

(I) Hic liber nativitatis hominum qua die fecit deus Adam ad imaginem dei fecit illum

(H) Hic est liber generationis Adam in die qua creavit deus hominem ad similitudinem dei fecit illum

Hic est liber generationis Adam. In die qua creavit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum.

Dies ist das Buch der Toledot Adams, seitdem dass Gott den Menschen schuf, im Gleichnis Gottes machte er ihn.

Dies ist die Urkunde der Zeugungen Adams, des Menschen. Am Tag, da Gott den Menschen erschuf, machte er ihn in Gottes Gleichnis.

2 Masculum et foeminam creavit eos, et benedixit illis: et vocavit nomen eorum Adam, in die quo creati sunt.

Masculum et foeminam creavit eos: & benedixit eis, & vocavit nomen eorum Adam, in die creari eos.

(I) Masculum et feminam fecit illos et benedixit illos et cognominavit nomen eorum Adam (A) qua die fecit illos

(H) Masculum et feminam creavit eos et benedixit illis et vocavit nomen eorum Adam in die qua creati sunt

Masculum et feminam creavit eos et benedixit illis; et vocavit nomen eorum Adam in die, quo creati sunt.

Männlich und weiblich schuf er sie, und er segnete sie und nannte ihren Namen Adam von ihrer Erschaffung an.

Männlich und weiblich schuf er sie und segnete sie und rief ihren

Namen: Adam, Mensch! am Tag ihrer Erschaffung.

3 Vixit autem Adam centum triginta annis; et genuit ad imaginem et similitudinem suam, vocavitque nomen eius Seth.

Et vixit Adam triginta & centum annos, & genuit in similitudine sua, in imaginem suam, & vocavit nomen eius Seth.

(E) Vixit autem Adam ducentis triginta annis et genuit secundum effigiem suam et secundum similitudinem suam et cognominavit nomen eius Seth

(H) Vixit autem Adam centum triginta annis et genuit ad similitudinem et imaginem suam vocavitque nomen eius Seth

Vixit autem Adam centum triginta annis et genuit ad similitudinem et imaginem suam vocavitque nomen eius Seth.

Und es durchlebte Adam 30 und 100 Jahre, da zeugte er in seinem Gleichnis, nach seinem Ebenbilde, und er nannte seinen Namen Set.

Als Adam hundertunddreißig Jahre gelebt hatte, zeugte er in seinem Gleichnis nach seinem Bilde und rief ihn mit Namen Schet.

4 Et facti sunt dies Adam, postquam genuit Seth, octingenti anni; genuitque filios et filias.

Et fuerunt dies Adam post gignere ipsum Seth, octingenti anni: & genuit filios & filias.

(O) Fuerunt autem dies Adam (I) postquam genuit Seth anni .DCC. et genuit filios et filias

(H) Et facti sunt dies Adam postquam genuit Seth octingenti anni

genuitque filios et filias

**Et facti sunt dies Adam, postquam genuit Seth, octingenti anni,
genuitque filios et filias.**

**Und es waren die Tage Adams, nachdem er den Set gezeugt hatte,
800 Jahre. Und er zeugte Söhne und Töchter.**

**Der Tage Adams nach Schets Erzeugung waren 800 Jahre, er zeugte
Söhne und Töchter.**

5 Et factum est omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta;
& mortuus est.

*Et fuerunt omnes dies Adam, quibus vixit, nongenti anni, & triginta
anni, & mortuus est.*

(I) Et fuerunt omnes dies Adae quos vixit anni .DCCCCXXX.

et mortuus est.

(H) Et factum est omne tempus quod vixit Adam anni nongenti triginta

et mortuus est.

**Et factum est omne tempus, quod vixit Adam, anni nongenti triginta,
et mortuus est.**

Und es waren alle Tage Adams, die er lebte, 930 Jahre.

**Aller Tage Adams, die er lebte, waren 900 Jahre und 30 Jahre, dann starb
er.**

6 Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos.

Et vixit Seth quinque annos, & centum annos, & genuit Enos.

(I) Vixit autem Seth annis .CCV. et genuit Enos

(H) Vixit quoque Seth centum quinque annos et genuit Enos.

Vixit quoque Seth centum quinque annos et genuit Enos.

Es lebte auch Set 105 Jahre und zeugte Enosch.

Als Schet hundert Jahre und fünf Jahre gelebt hatte, zeugte er Enosch.

7 Vixitque Seth postquam genuit Enos, octingentis septem annis; genuitque filios et filias.

Et vixit Seth postquam genuit ipse Enos, septem annos, & octingentos annos, & genuit filios et filias.

(I) Et vixit Seth postquam genuit Enos annis .DCCVII. et genuit filios et filias.

(H) Vixitque Seth postquam genuit Enos octingentis septem annis adierit genuitque filios et filias

Vixitque Seth, postquam genuit Enos, octingentis septem annis genuitque filios et filias.

Und es lebte Seth, nachdem er den Enosch gezeugt hatte, 807 Jahre, und er zeugte Söhne und Töchter.

Und nach Enoschs Erzeugung lebte Schet achthundert Jahre und sieben Jahre, er zeugte Söhne und Töchter.

8 Et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum; & mortuus est.

Et fuerunt omnes dies Seth duodecim anni, & nongenti anni: & mortuus est.

(I) Et fuerunt omnes dies Seth anni .DCCCCXII. et mortuus est

(H) Et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum et mortuus est

Et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, et mortuus est.

Und es waren alle Tage Seths, die er lebte, 912 Jahre.

Und aller Tage Schets waren 900 Jahre und zwölf Jahre, dann starb er.

9 Vixit vero Enos nonaginta annis, & genuit Cainan.

Et vixit Enos nonaginta annos, & genuit Chenan.

(I) Et vixit Enos annis .CXC. et genuit Cainan

(H) Vixit vero Enos nonaginta annis et genuit Cainan

Vixit vero Enos nonaginta annis et genuit Cainan.

Es lebte jedoch Enosch 90 Jahre und zeugte Kenan.

Als Enosch neunzig Jahre gelebt hatte, zeugte er Kenan.

10 Post cuius ortum vixit octingentis quindecim annis;

& genuit filios & filias.

Et vixit Enos postquam genuit ipse Chenan, quindecim annos, & octingentos annos: & genuit filios & filias.

(I) Et vixit Enos postquam genuit Cainan annos .DCCXV. et genuit filios et filias

(H) Post cuius ortum vixit octingentis quindecim annis et genuit
filios et filias

**Et vixit Enos, postquam genuit Cainan, octingentis quindecim
annis et genuit filios et filias.**

**Und es lebte Enosch, nachdem er Kenan gezeugt hatte, 815 Jahre
Und zeugte Söhne und Töchter.**

**Und nach Kenans Erzeugung lebte Enosch achthundert Jahre und
fünfzehn Jahre und zeugte Söhne und Töchter.**

11 Factique sunt omnes dies Enos nongenti quinque anni; &
mortuus est.

*Et fuerunt omnes dies Enos quinque anni, & nongenti anni: &
mortuus est.*

(I) Et fuerunt omnes dies Enos anni .DCCCCV. et mortuus est

(H) Factique sunt omnes dies Enos nongentorum quinque annorum
et mortuus est

**Factique sunt omnes dies Enos nongentorum quinque annorum,
et mortuus est.**

Und es waren alle Tage Enoschs, die er lebte, 905 Jahre.

**Und aller Tage Enoschs waren neunhundert Jahre und fünf Jahre,
dann starb er.**

12 Vixit quoque Cainan septuaginta annis, & genuit Malaleel.

Et vixit Chenan septuaginta annos, & genuit Mahalalel.

(I) Et vixit Cainan annis .CLXX. et genuit Maleleel

(H) Vixit quoque Cainan septuaginta annis et genuit Malalehel

Vixit quoque Cainan septuaginta annis et genuit Malaleel.

Es lebte auch Kenan 70 Jahre und zeugte Mahalalel.

Als Kenan siebzig Jahre gelebt hatte, zeugte er Mahalalel.

13 Et vixit Cainan postquam genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis;
genuitque filios & filias.

*Et vixit Chenan postquam genuit ipse Mahalalel quadraginta annos,
& octingentos annos: & genuit filios & filias.*

(I) Et vixit Cainan (X) postquam genuit Malalech annos .DCCXXXX.
et genuit filios et filias

(H) Et vixit Cainan postquam genuit Malalehel octingentos quadraginta
annos genuitque filios et filias

**Et vixit Cainan, postquam genuit Malaleel, octingentos quadraginta
annos genuitque filios et filias.**

**Und es lebte Kenan, nachdem er Mahalalel gezeugt hatte, 840 Jahre
und zeugte Söhne und Töchter.**

**Und nach Mahalalels Erzeugung lebte Kenan achthundert Jahre und
vierzig Jahre, er zeugte Söhne und Töchter.**

14 Et facti sunt omnes dies Cainan nongenti decem anni; & mortuus est.

*Et fuerunt omnes dies Chenan, decem anni, & nongenti anni;
& mortuus est.*

(I) Cainan anni .DCCCCX. et mortuus est

(H) Et facti sunt omnes dies Cainan nongenti decem anni
et mortuus est

**Et facti sunt omnes dies Cainan nongenti decem anni,
et mortuus est.**

Und es waren alle Tage Kenans, die er lebte, 910 Jahre.

**Und alle Tage Kenans waren neunhundert Jahre und zehn Jahre, dann
starb er.**

15 Vixit autem Malaleel sexaginta quinque annis; et genuit Iared.

*Et vixit Mahalalel quinque annos, & sexaginta annos, &
genuit Jered.*

(I) Et vixit Maleleel annis .CLXV. et genuit Iaret

(H) Vixit autem Malalehel sexaginta quinque annos et genuit Iared

Vixitque autem Malaleel sexaginta quinque annos et genuit Iared.

Und es lebte aber Mahalalel 60 Jahre und 5 Jahre und zeugte Jared.

Als Mahalalel sechzig Jahre und fünf Jahre gelebt hatte, zeugte er Jared.

16 Et vixit Malaleel postquam genuit Iared, octingentis triginta annis;

& genuit filios & filias.

*Et vixit Mahalalel, postquam genuit ipse Jered, triginta annos,
& octingentos annos: & genuit filios & filias.*

(X) Et vixit Malalech postquam procreavit Iareth annos .DCCXXX.

et genuit filios et filias

(H) Et vixit Malalehel postquam genuit Iared octingentis triginta annis
et genuit filios et filias

**Et vixit Malaleel, postquam genuit Iared, octingentis triginta annis
et genuit filios et filias.**

**Und es lebte Mahalalel, nachdem er Jared gezeugt hatte, 830 Jahre
und zeugte Söhne und Töchter.**

**Und nach Jareds Erzeugung lebte Mahalalel achthundert Jahre und
dreißig Jahre, er zeugte Söhne und Töchter.**

17 Et facti sunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni;
et mortuus est.

*Et fuerunt omnes dies Mahalalel, quinque & nonaginta anni,
& octingenti anni: & mortuus est.*

(I) Malelehel anni .DCCCXCV. et mortuus est

(H) Et facti sunt omnes dies Malalehel octingenti nonaginta quinque
anni et mortuus est

**Et facti sunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni,
et mortuus est.**

Und es waren alle Tage Mahalalels, die er lebte, 895 Jahre.

**Und aller Tage Mahalalels waren achthundert Jahre und
fünfundneunzig Jahre, dann starb er.**

18 Vixitque Iared centum sexaginta duobus annis; & genuit Henoch.
Methusaël, et Methusaël genuit Lamech.

Et vixit Jared duos & sexaginta annos, & centum annos:

& genuit Chanoch.

(I) Et vixit Iaret annis .CLXII. et genuit Enoch

(H) Vixitque Iared centum sexaginta duobus annis et genuit Enoch

Vixitque Iared centum sexaginta duobus annis et genuit Henoch.

Und es lebte Jared 162 Jahre und zeugte Henoch.

Als Jared hundert Jahre und zweiundsechzig Jahre gelebt hatte, zeugte er Chanoch.

19 Et vixit Iared postquam genuit Henoch, octingentis annis;

et genuit filios & filias.

Et vixit Jared postquam genuit Chanoch octingentos annos;

et genuit filios & filias.

(I) Et vixit (X) Iareth postquam genuit Enoch annos .DCCC.

et genuit filios et filias

(H) Et vixit Iared postquam genuit Enoch octingentos annos

et genuit filios et filias

Et vixit Iared, postquam genuit Henoch, octingentos annos

et genuit filios et filias.

Und es lebte Jared, nachdem er Henoch gezeugt hatte, 800 Jahre und zeugte Söhne und Töchter.

Und nach Chanochs Erzeugung lebte Jared achthundert Jahre, er zeugte Söhne und Töchter.

20 Et facti sunt omnes dies Jared nongenti sexaginta duo anni;

et mortuus est.

Et fuerunt omnes dies Jared, duo & sexaginta anni, & nongenti anni;

& mortuus est.

(I) Anni .DCCCCLXII. et mortuus est

(H) Et facti sunt omnes dies Jared nongenti sexaginta duo anni

et mortuus est

Et facti sunt omnes dies Jared nongenti sexaginta duo anni,

et mortuus est.

Und es waren alle Tage Jareds, die erlebte, 962 Jahre.

Und aller Tage Jareds waren neunhundert Jahre und zweiundsechzig Jahre, dann starb er.

21 Porro Henoch vixit sexaginta quinque annis; & genuit Mathusalam.

Et vixit Chanoch; quinque & sexaginta annos, & genuit Methuselach.

(I) Et vixit Enoch annis .CLXV. et genuit Mat(h)usalam

(H) Porro Enoch vixit sexaginta quinque annis et genuit Mathusalam

Porro Henoch vixit sexaginta quinque annis et genuit Mathusalam.

Ferner lebte Henoch 5 und 60 Jahre und zeugte Metuschelach

(Metusalem).

Als Chanoch fünfundsechzig Jahre gelebt hatte, zeugte er Metuschalach.

22 Et ambulavit Henoch cum Deo: & vixit, postquam genuit Mathusalam,

trecentis annis; & genuit filios & filias.

Et ambulavit Chanoch cum Deo, postquam genuit ipse Methuselach, trecentos annos: & genuit filios & filias.

(I) Placuit autem Enoch deo (X) postquam genuit Matusalam annos .CC.

et genuit filios et filias

(H) Et ambulavit Enoch cum deo postquam genuit Mathusalam trecentis annis et genuit filios et filias

Et ambulavit Henoch cum Deo, postquam genuit Mathusalam, trecentis annis et genuit filios et filias.

Und Henoch wandelte mit Ihm, Gott, nachdem er den Metuschelach (Metusalem) gezeugt hatte, 300 Jahre und zeugte Söhne und Töchter.

Und nach Metuschalachs Erzeugung ging Chanoch dreihundert Jahre mit Gott um und zeugte Söhne und Töchter.

23 Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni.

Et fuerunt omnes dies Chanoch, quinque & sexaginta anni, & trecenti anni.

[I] Anni .CCCLXV.

(H) Et facti sunt omnes dies Enoch trecenti sexaginta quinque anni

Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni.

Und es waren alle Tage Henochs 365 Jahre.

Und aller Tage Chanochs waren 300 Jahre und fünfundsechzig Jahre.

24 Ambulavitque cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus.

Et ambulavit Chanoch cum Deo, & non ipse, quia tulit eum Deus.

(K) Et conplacuit Enoch deo et non est inventus postmodum quia

deus illum transtulit

(H) Ambulavitque cum deo et non apparuit quia tulit eum deus

Ambulavitque cum Deo et non apparuit, quia tulit eum Deus.

**Und es wandelte Henoch mit Ihm, Gott, und er war nicht mehr da;
denn Elohim hatte ihn genommen.**

**Chanoch ging mit Gott um, dann war er nicht mehr, denn Gott hatte ihn
genommen.**

25 Vixit quoque Mathusala centum octoginta septem annis;

& genuit Lamech.

Et vixit Methuselach septem & octoginta annos, & centum annos:

et genuit Lemech.

(E) Et vixit Mat(h)usalam annis .CLXVII. et genuit Lamech

(H) Vixit quoque Mathusalam centum octoginta septem annos

et genuit Lamech

**Vixit quoque Mathusala centum octoginta septem annos et genuit
Lamech.**

Es lebte auch Metuschelach (Metusalem) 187 Jahre und zeugte Lemech.

**Als Metuschalach hundert Jahre und siebenundachtzig Jahre gelebt
hatte, zeugte er Lamech.**

26 Et vixit Mathusala, postquam genuit Lamech, septingentis octoginta duobus
annis; & genuit filios & filias.

Et vixit Methuselach, postquam genuit ipse Lemech, duos & octoginta annos,

& septingentos annos; & genuit filios & filias.

(I) Et vixit Mathusala postquam genuit Lamech annos .DCCII. et genuit filios et filias.

(H) Et vixit Mathusalam postquam genuit Lamech septingentos octoginta duos annos et genuit filios et filias.

Et vixit Mathusalam postquam genuit Lamech septingentos octoginta duos annos et genuit filios et filias.

Und es lebte Metuschelach (Metusalem), nachdem er den Lamech gezeugt hatte, 782 Jahre und zeugte Söhne und Töchter.

Und nach Lamechs Erzeugung lebte Metuschalach siebenhundert Jahre und zweiundachtzig Jahre, er zeugte Söhne und Töchter.

27 Et facti sunt omnes dies Mathusala nongenti sexaginta novem anni; & mortuus est.

Et fuerunt omnes dies Methuselach, novem & sexaginta anni, & nongenti anni: & mortuus est.

(I) Et fuerunt omnes dies Mathusalae quos vixit anni .DCCCCLXVIII. et mortuus est

(H) Et facti sunt omnes dies Mathusalae nongenti sexaginta novem anni et mortuus est

Et facti sunt omnes dies Mathusalae nongenti sexaginta novem anni, et mortuus est.

Und es waren alle Tage Metuschelachs (Metusalems), die er lebte, 969 Jahre.

Und aller Tage Metuschelachs waren neunhundert Jahre und neunundsechzig Jahre, dann starb er.

28 Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis; & genuit filium.

Et vixit Lamech duos & octoginta annos, & centum annos, & genuit filium.

(I) Et vixit Lamech annis .CLXXXVIII. et genuit filium

(H) Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis et genuit filium

Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis et genuit filium

Es lebte aber Lamech 182 Jahre und zeugte einen Sohn.

Als Lamech hundert Jahre und zweiundachtzig Jahre gelebt hatte, zeugte er einen Sohn.

29 Vocavitque nomen eius Noë, dicens; Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum, in terra cui maledixit Dominus.

Et vocavit nomen eius Noach, dicendo: Iste consolabitur nos ab opere nostro, & a dolore manuum nostrarum de terra cui maledixit Dominus.

(E) Et vocavit nomen eius Noe dicens hic nobis dabit requiem ab omnibus operibus nostris et a tristitiis manuum nostrarum et a terra cui maledixit dominus deus

(H) Vocavitque nomen eius Noe dicens iste consolabitur nos ab operibus et laboribus manuum nostrarum in terra cui maledixit dominus

vocavitque nomen eius Noe dicens: „Iste consolabitur nos ab operibus nostris et labore manuum nostrarum in agro, cui maledixit Dominus.“

Und er nannte ihn Noah, womit er sagen wollte: „Dieser wird uns trösten

von unserem Werk und der Mühsal unserer Hände von dem Acker, den ER verflucht hatte.

Er rief seinen Namen: Noach! Sprechend: Se jenachmenu – „Dieser wird uns leidtrösten in unserm Tun und der Beschwernis unsrer Hände an dem Acker, den ER verflucht hat.

30 Vixitque Lamech, postquam genuit Noë, quingentis nonaginta quinque annis;
& genuit filios & filias.

*Et vixit Lamech postquam genuit ipse Noach, quinque & nonaginta annos,
& quingentos annos: & genuit filios & filias.*

(I) Et vixit Lamech postquam genuit Noe annis .DLXV. et genuit filios
et filias

(H) Vixitque Lamech postquam genuit Noe quingentos nonaginta quinque
annos et genuit filios et filias

**Vixitque Lamech, postquam genuit Noe, quingentos nonaginta quinque
annos et genuit filios et filias.**

**Und es lebte Lamech, nachdem er Noah gezeugt hatte, 595 Jahre und
zeugte Söhne und Töchter.**

**Und nach Noachs Erzeugung lebte Lamech fünfhundert Jahre und
fünfundneunzig Jahre, er zeugte Söhne und Töchter.**

31 Et facti sunt omnes dies Lamech, septingenti septuaginta septem anni;
& mortuus est.

Et fuerunt omnes dies Lamech, septem & septuaginta anni, & septingenti

anni: & mortuus est.

(I) Et fuerunt omnes dies quos vixit Lamech anni .DCCLIII. et mortuus est

(H) Et facti sunt omnes dies Lamech septingenti septuaginta septem anni
et mortuus est

**Et facti sunt omnes dies Lamech septingenti septuaginta septem anni,
et mortuus est.**

Und es waren alle Tage Lemechs, die er lebte, 777 Jahre.

**Und aller Tage Lamechs waren siebenhundert Jahre und
siebenundsiebzig Jahre, dann starb er.**

32 Noë vero cum quingentorum esset annorum, genuit Sem,

Cham, & Iapheth.

Et fuit Noach fili (i?) quingentorum annorum, & genuit Noach Sem,

Cham & Jepheth.

(I) Et erat Noe annorum .D. et genuit Noe tres filios Sem Cham Iapheth

(H) Noe vero cum quingentorum esset annorum genuit Sem et Ham et Iafeth

**Noe vero, cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham et
Iapheth.**

Noah aber, als er 500 Jahre war, zeugte Sem, Ham und Japheth. //

**Als Noach fünfhundert Jahre alt war, zeugte Noach den Schem, den
Cham und den Jafet.**